

Nomen  
Christi-  
anorum.

quæ ipsi ceu thesauros amant & custo-  
diunt: Ita filiorum Dei thesauri sunt E-  
gestas, Contemptus, Persecutio, Cōtu-  
melia, Crux, Mors, Martyrium & Pœ-  
na; unde Moses contumeliam Christi  
præfererat gazæ Ægyptiacæ: quæ est  
vera illuminatio. XV. Verum nomen  
Christianorum cœlo inscriptum, est  
cognitio Christi vera in fide, per quam  
in Christum transplantati illiq; inscri-  
pti sumus, quasi libro vitæ, unde vivæ  
virtutes promanant, quas De⁹ in illa die  
honorifico testimonio ornabit Matth.  
25. proferens omnes thesauros quos in  
cœlo cōgregavimus 1. Tim. 6. & omne  
opus quod in Deo factum fuit produ-  
cens in lucem Joh. 3. Nemo sanctorum  
non aliqua virtute insignem se fecit,  
quam nulla capiet oblivio Psal. 112. At-  
que hæc virtus illius, puta fides, chari-  
tas, misericordia, patientia & similes,  
sunt illud nomen cœlo inscriptum, &  
symbolum ac character sanctorum &  
nominum cœli æternorum. De quo  
amplius in lib. 2.

### CAPUT XLI.

IN QUO HABETUR RECAPI-  
tulatio totius libri.

TOTAM